5272 Comi in delubro D. Benedicti in cuiusdam altaris fronte IOV. Apud Archintios ARCH., ubi adnotatur '*havuta da Como col mezzo et autorità dil Sig. Bart^o Crivello*'. Balsami in villa Clerici I. B. GIOVIO et E. S. (1808). *Trovasi in un giardino a Sesto di Monza* LABUS in cat. ms. musei Archinti. Nunc Comi in lyceo. — Bergomi GRUT. errore. Inter Archintiana cum repperisset relatam, Mediolani in aedibus Archinti extare scribit ALD.

A L B I N I A E
VETTI · FIL
V A L E R I A N A E
P V D *I* ... M I N
P · APPI ... C H E S

AD · CVIVS ... *N*DAM · HVIC
COLLEG·D*E* ... *V*IVS · SVM
MAE · RED ... *DIE* · NATAL
EIVS · III · ID ... *SP* ORTVL
EX·✱·CC·IN ... *R*·S*V*O·DIVID
OLEVM · ET · PROP*IN* · *EX* · ✱ · *DCCL* · *PRAEBE*ANT · ITEM
LECTISTERNIVM · TEMPORE · PAREN*TAL*IOR · EX · ✱ · CC
MEMORIIS · EIVSDEM · VALERIANAE · ET · APPI · VALERIAN
FIL · EIVS·PER OFFIC · TESSERARIOR · QVODANNIS · PONA
TVR · *E*T · PARENTETVR · ITEM · CORONAE · MYRT · TERNAE
ET · TEMPORE · ROSAL · IVL · TERNAE · EIS · PONANTVR
MICATAEDI≋/ILIIS · EX ✱ L · PROFVNDANTVR
ITEM · APPIVS · EVTYCHIANVS · MARITVS · EIVSDEM
VALERIANA*E* · SCHOLAE · VEXIL*L*ARIOR · LARGITVS
EST · HS · XXX · N · EX · CVIVS · SVMMAE · REDITV · QVOD
ANNIS · DIE · S · S · NATALIS·EIVS·ANTE·STATVAM·LECTIST
EX · ✱ · CCL · PONANT · SPORT · ✱ · CCL · INTER · PRAESENT
SIBI · DIVID · OLEVM · ET · PROPIN·PER · ROSAM·PRAEBEANT
L D D C F C

Contuli. Descripsit primus B. Iovius f. 38, a quo pendent fere reliqui: Alciatus l. 2 f. 58; Valerianus hierogl. l. 55 f. 399, qui tantum citat quaedam; Apianus 80, 2; is qui adscripsit postea ad cod. Chig. I. VI. 203 f. 48; Ligorius ms. Taur. 6; Grut. 753, 4 ex Apiano et Alciati schedis; Archintiana ad Alciatum in praem. f. 13, cod. Ottob. f. 66', ed. p. 49; Rovelli 1, 263; I. B. Giovio *lett. lar.* p. 156 in ep. scr. a. 1803, in qua citat folium solitarium impressum de hoc lapide tractans mihi non visum (quod Labusio tribuit Montius); E. S. nescio qui in *giorn. della società d' incoraggiamento* Mediolani tom. 1 (1808) p. 190, quae est eiusdem commentarioli editio altera aucta; Aldini n. 100 (inde Henzen 7336); Monti n. 115.

Unicum exemplum ad quod attendas et optimum omnium et antiquissimum B. Iovii habet hiatum v. 4—12 fere ut nunc visitur, quamquam marginibus postea detritis paullo plura ille legere potuit a nobis distincta litteris inclinatis. Supplementa Alciati, quae multos deceperunt, sic apud ipsum proponuntur non distincta: PVDI[CISS · FOE]MIN | P · APPI[VS · P·F· EVTY]CHVS | AD · CVIVS [MEMOR · COLE]NDAM | COLLEG·DE[NDROPH·LEG·HS·C̄·N·C]VIVS·SVM | MAE·RED[ITV·QVODANNIS] DIE·NATAL | EIVS·III·ID·[APRIL·DECVR·] SPORTVL | EX·✱·CCL·IN[TER · PRAESENT · ARBIT]R · SVO · DIVID. — 6. 7 hic desiderantur versus duo. — 17 TVR/T hodie. — 18 ROSAL ego, ROSAE Iov. et reliqui. — 19 DI≋/ILIIS vel DI≋/ITIIS ego, ut ex quattuor hastis secunda spatium occupet paullo latius videaturque fuisse aut L aut T, DESILITIS Iovii exempla proba (Ambr., mun., Ap., al.), DE·SELECTIS Iovii exempla deteriora (Brer.) et Alciatus et reliqui, etiam Montius collato, ut ait, marmore; solus fol. sol. editor legit DESRITIS. — 21 VIXII//RIOR hodie, VEXILARIOR Iov. (certe exempla meliora mun. et Ap.), VEXILLARIOR Alc. — 26 om. Iov. et reliqui omnes exceptis folii solitarii scriptore (citato ab I. B. Iovio) et E. S. et Montio.

Albiniae Vetti fil(iae) Valerianae, pudi[cissimae fe]min(ae), P. Appi[us P. l. Euty]ches (?) . . . . *ad cuius [memoriam cole]ndam huic colleg(io) de[dit . . . . . ex c]uius summae red[itu magistri coll(egii) quodannis] die natal(is) eius III id* . . . . *sportul(as) ex (denariis) CC in[ter praesentes arbit]r(atu) suo divid(ant), oleum et propin(ationem) ex (denariis) DCCL praebeant; item lectisternium tempore parentalior(um) ex (denariis) CC memoriis eiusdem Valerianae et Appi Valerian(i) fil(i) eius per offic(ium) tesserarior(um) quodannis ponatur et parentetur; item coronae myrt(eae) ternae et tempore rosal(iorum) Iul(io) ternae eis ponantur, micatae de [l]iliis ex (denariis) L profundantur. Item Appius Eutychianus maritus eiusdem Valerianae scholae vexillarior(um) largitus est (sestertium) XXX (milia) n(ummum), ex cuius summae reditu quodannis die s(upra) s(cripto) natalis eius ante statuam lectist(ernium) ex (denariis) CCL ponant, sport(ulas denarios) CCL inter praesent(es) sibi divid(ant), oleum et propin(ationem) per rosam praebeant. L(ocus) d(atus) d(ecreto) c(ollegii) f(abrum) c(entonariorum).* — Quod dedi v. 19 incertum est; *de liliis* cum probabile sit, *micatae coronae* quid significent, nescio.

5273 instaurante quodam concive nostro in regione divi Petri aedes suas, ab imis fundamentis huiusmodi basis eruta est IOV. — Bergomi GRUT. errore.

V · F
C · A L B V C I V S
BLANDIRO
VI · VIR · SIBI · ET
B E L A T V L L A E
CALVENTI · F
VXORI · ET · VIRIAE
VIRI·F·VXORI

Servavit Iovius f. 41. Inde Apian. 81, 3; Ligorius ms. Taur. 6; Grut. 350, 4 ex Ap.; Rovelli 1, 256; Aldini n. 67; Monti n. 78.

5274 Comi ad aedem S. Carpophori CYR. a dextris arae maximae add. IOV.

V F
Q · ALBVCIVS
GALENVS
VI VIR
COMI
SIBI · ET · SVIS
ET
OCTAVIA
SECVNDA
TVTILIAE
/ / / / / /
/ / / / / /
AMICO

Duo exempla extant Cyriaci p. 49 n. 115 (inde Lilius f. 13', unde v. l. enotatur in Grut. ed. 2) et B. Iovii f. 22 (inde male Apianus 76, 1; Grut. 350, 3 ex Apiano; Don. 5, 209 ex schedis bibl. Vat.; Mur. 1039, 4 ex Donio; Rovelli 1, 256; Aldini n. 68; Monti n. 79) qui addit 'vix legibile'.
1 om. Iov. — 5 COSII Cyr. — 8. 9 OCTAVIAE | SECVNDAE Cyr. — in v. 10 desinit Cyr.